

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7595

Auteur(s) : Henri Ier Beauclerc, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Sées, Notre-Dame (cathédrale)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1131

Lieu d'émission : Waltham

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Donation faite par Henri [Ier], roi d'Angleterre, à la cathédrale de Sées d'une terre valante dix livres, notamment sise à Brighthampton, du manoir du roi de Bampton.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Haskins Charles Homer, *Norman Institutions*, Cambridge, Harvard University Press, 1918, Appendix F, n° 12, p. 302-303.

Texte établi d'après a

Henricus rex Anglie archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, vicecomitibus, et omnibus ministris et fidelibus suis Francis et Anglis salutem. Sciatis me dedisse et concessisse ecclesie sanctorum martyrum Gervasii et Protasii de Sagio ad usum canonicorum in dedicatione ipsius ecclesie decem libratas terre de manerio meo de Bentona, videlicet Bristelmetonam que est membrum ipsius manerii, cum omnibus appendiciis suis pro remissione peccatorum meorum et pro animabus patris et matris mee et predecessorum meorum et successorum meorum et pro statu regni nostri. Et volo et firmiter precipio ut bene, honorifice, et in pace et libere et quiete teneant semper et in perpetuum de hidagiis et geldis et danegeldis et auxiliis et operationibus, cum socha et sacha et toll et theam et infangeteof et omnibus consuetudinibus et libertatibus et placitis et querelis et omnibus rebus cum quibus ego tenebam dum esset in meo dominio, in terris et aquis et pratis et pascuis et molendinis et nemoribus et in plano et in omnibus locis, et homines sui placitent in hallimoto suo de Bristelmetona in submonicione canonicorum Sagii vel ministrorum suorum.

Testibus Guilielmo archiepiscopo Cantuariensi et Turstino archiepiscopo Eboracensi et Alexandro episcopo Lincolniensi et Henrico episcopo Wi[n]toniensi et Gilberto episcopo Londiniensi et Rogerio episcopo Salesberiensis et Gaufrido cancellario et Roberto de sigillo et Roberto comite Glocestrie et Waleranno comite de Mellent et Hugone Bigot dapifero et Unfredo de Bouhun dapifero et Milone de Glocestria et Roberto de Olleio et Pagano filio Ioannis et Eustachio filio Ioannis et Henrico de Ferrariis et Gaufrido filio Pagani et Richardo Basset. Apud Waltham videntibus et audientibus istis confirmata est hec pagina anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo trigesimo primo.